

**INTROIT Genesis 28: 17**

Terribilis est locus iste: hic domi est, et porta cæli: et vocabitur aula Dei. (Ps. 83: 2, 3) Quam dilécta tabernacula tua, Dómine virtútum! concupíscit et déficit ánima mea in átria Dómini. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Terribilis est locus iste: hic domi est, et porta cæli: et vocabitur aula Dei.

**COLLECT**

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis repræséntas in cólumes: exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut, quisquis hoc templum beneficia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**LESSON Apocalypse 21: 2 – 5**

In diébus illis: Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de cælo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis. Et ipst pópulus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus: et abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum: et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. Et dixit qui sedébat in throno: Ecce nova fácio ómnia.

**GRADUAL**

Locus iste a Deo factus est, inæstimábile sacraméntum, irrehénsibilis est. V. Deus, cui adstat Angelórum chorus, exáudi preces servórum tuórum.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. (Ps. 137: 2) Adorábo ad templum sanctum tuum: et confitébor nómini tuo. Allelúja.

**GOSPEL Luke 19: 1-10**

In illo témpore: Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho: et ecce vir nómine Zachæus: et hic princeps erat publicanórum, et ipse dives: et quærébat vidére Jesum, quis esset: et non póterat præ turba, quia statúra pusíllus erat. Et pracúrrens ascendit in árborem sycómorum, ut vidéret eum; quia inde erat transitúrus. Et cum venísset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, et dixit ad eum: Zachæe, festínans descénde; quia hódie in domo tua opórtet me manére. Et festinans descendit, et excépit illum gaudens. Et cum vidérunt omnes, murmurábant, dicéntes, quod ad hómitem peccatórem divertísset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dóminum: Ecce dimídium bonórum meórum, Dómine, do paupéribus: et si quid áliquem defraudávi, reddo quádruplum. Ait Jesus ad eum: Quia hódie salus domui huic facta est: Eo quod et ipse fílius sit Abrahæ. Venit enim fílius hómínis quærere, et salvum fácere, quod perierat.

**OFFERTORY 1 Par. 29: 17,18**

Dómine Deus, in simplicitate cordis mei lætus óbtuli univérsa., et pópulum tuum, qui repértus est, vidi cum ingénti gáudio: Deus Israë!, custódi hanc voluntátem, allelúja.

**SECRET**

Annue, quæsumus, Dómine, précibus nostris: ut, dum hæc vota præsentia réddimus, ad æténa præmia, te adjuvánte, perveníre mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Matthew 21: 13**

Domus mea, domus oratiónis vocábitur, dicit Dóminus: in ea omnis, qui petit, accipit: et qui quærít, invenit, et pulsánti aperiétur.

**POSTCOMMUNION**

Deus, qui de vivis et eléctis lapídibus ætérnum majestáti tuæ præparas habitáculum: auxiliáre pópulo tuo supplicánti; ut, quod Ecclésiæ tuæ corporálibus próficit spátiis, spirituálibus amplificétur augméntis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Terrible is this place: it is the house of God, and the gate of heaven; and shall be called the court of God. (Ps. 83: 2, 3) How lovely are Thy tabernacles, O Lord of hosts! my soul longeth and fainteth for the courts of the Lord. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Terrible is this place: it is the house of God, and the gate of heaven; and shall be called the court of God.

God, Who year by year dost renew the day of the consecration of this Thy holy temple, and dost ever bring us again in safety to the holy mysteries, hear the prayers of Thy people, and grant that whosoever entereth this temple to seek blessings may rejoice to obtain all that he seeketh. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, I saw the holy city, the new Jerusalem, coming down out of Heaven, from God, prepared as a bride adorned for her husband. And I heard a great voice from the throne, saying, Behold the tabernacle of God with men; and He will dwell with them: and they shall be His people, and God Himself with them shall be their God: and God shall wipe away all tears from their eyes; and death shall be no more, nor mourning, nor crying, nor sorrow shall be any more, for the former things are passed away. And He that sat on the throne said, Behold, I make all things new.

This place was made by God a priceless mystery, it is without reproof. V. O God, before Whom stands the choir of angels, hear the prayers of Thy servants.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 137: 2) I will worship toward Thy holy temple; and I will give glory to Thy name. Alleluia.

At that time, Jesus entering in, walked through Jericho. And behold there was a man named Zachæus, who was the chief of the publicans, and he was rich; and he sought to see Jesus Who He was, and he could not for the crowd, because he was of low stature. And running before, he climbed up into a sycamore-tree that he might see Him, for He was to pass that way. And when Jesus was come to the place, looking up, He saw him, and said to him, Zachæus, make haste and come down, for this day I must abide in thy house. And he made haste and came down, and received Him with joy. And when all saw it, they murmured, saying that He was gone to be a guest with a man that was a sinner. But Zachæus standing, said to the Lord, Behold, Lord, the half of my goods I give to the poor, and if I have wronged any man of anything, I restore him fourfold. Jesus said to him, This day is salvation come to this house; because he also is a son of Abraham. For the Son of man is come to seek and to save that which was lost.

O Lord God, in the simplicity of my heart, I have joyfully offered all these things; and I have seen with great joy Thy people, which are present: O God of Israel, keep this will. Alleluia.

Bow down to our prayers, O Lord, we beseech Thee that, while we pay our vows here below, we may, by Thine assistance, be worthy to attain unto everlasting rewards. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

My house shall be called the house of prayer, saith the Lord: every one that asks therein, receives; and he who seeks, finds; and to him who knocks, it shall be opened.

O God, Who from living and chosen stones dost prepare for Thy majesty an eternal dwelling, help Thy people who call upon Thee, so that what is profitable to Thy Church in material growth may be accompanied with an increase of that which is of the spirit. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.